



MŰRTÉNETI APOK.

FELELŐS SZERKESZTŐ
K. PAPP MIKLÓS.

Megjelenik minden vasárnap. — Előfizetési ár: Félévre 6 f. Egész évre 12. f. — Szerkesztőségi iroda:
Lyceumi nyomda. — Kiadó hivatal: Gr. Teleki Domokos ház nagypiacz.

SZENCZI MOLNÁR ALBERT NAPLÓJA.



Anno Domini 1573. circa festum
S. Mich. natus est Conradus Vietor
Fridberg.

An. 1581. 19. 9-bris nata
Cunigunda Ferinaria, uxor ejus (nunc mea)
nuptiae celebratae 1598. 22. 8-bris.

Anno 1599. nata Magdalena 19. 9-bris.

Anno 1602. nata Maria. in agosto.

Anno 1604. Juliana 4. octob.

1608. Decessit prior maritus.

Nuptias celebravi cum conjuge mea
Cunigunda, anno 1611. 8. 8-bris, Oppenheimij.

1612. 31. Julij ♀ natus est meus filius
Johan. Alb.

1614. die 31. 8-bris nata filia Elisa-
beth. Sam.

1617. 27. Febr. nata filia Maria Magda-
lena, denata anno eodem, 10. Martij Oppenheim.

1618 die (1/2) Maij natus est Paulus fi-
lius meus Oppenheim.

1620 die (1/3) Novemb. nata filia Eli-
sabeth Cunigunda, denata anno 1622 (1/4) 7-bris.

1623 die (1/2) April nata filia Maria
Elisab. Hanoviae denata ibidem 1 7-bis an-
no eodem.



Ἐφημερίς, Diarium vel Adversaria mea,

Natus sum in oppido Szentz. Anno
Redemptionis humanae, 1574. XXX. Augusti.
die Lunae, hora 8. matutina, quo die adven-
tantes paganae mulierculae ad hebdomadale

forum, matrem meam Ursulam visitare sole-
bant; et tunc me recens natum nondum
baptizatum Aegidij nomine salutabant propter
imminentem diem festum Aegidij, more pa-
pistico: quod nomen matre aversata propter
homonymum Ungaricae vocis Eg'ed, quod
est comede vel devora, mihi imponi non
permisit. Maluit me nomine patris Alberti
insigniri. Pater accurrens mihi suo infantulo
statim securim suam praehensandam por-
rexit, quo signo optare se ostendit ut ipsius
vestigia sequerer. Haec carissima mater saepe
retulit hominibus meas pueriles fabricationes
admirantibus.

Primum omnium eorum, quorum recordari possum.

Contigit nocte quadam ut surgeret tota
nostra familia et cubiculis quilibet egredere-
rentur, ego strepitu excitus et solus relictus
fleo atrociter, mater ingressa me tollit in
ulnas, educit, coelum digito monstrat: video
longissimam crinitam stellam ad extrema-
tem incurvam, cujus imago semper haeret
in animo.

Pericula in quibus divina ope con- servatus.

In arca domus erat grandis truncorum
acervus in formam pyramidalem congestus,
cujus summitatem conscendo, mox globi vel
cylindri instar in praeceps cado; ingenti cum
horrore sed sine omni vulnere surgo et ad
fraterculum et sororculam remotius reptan-
tes curro.

Hyeme ante crepusculum matutinum

excitata familia surgo et congregamur in hypocaustum bene calefactum reliquis ad operas egredientibus, relinquo solus in tenebris: metuo et horresco: conscendo scamnum post fornacem ambabus manibus oculos tego pronus decumbo: post obdormio, mox fodula candens excutitur, cadit supra caput, expergefactus dejicio, strepitu facto incurritur, ad flammae ingredientis lumen ilaesus et securus deprehendor. Culinam ingressis ex fornace exilit porcus grandis illaesis setis, excurrit in aream, tendit versus haras, famuli persequuntur, harae clausae sus nusquam reperitur: diabolus fuisse creditur.

Aestate in platea cum sodalibus ad seeram noctem colludens domo exclusus ignoranter, currum foeno completum conscendo, ibi me defodio et suaviter dormio, mane servus robustus furca ferrea foenum dejecturus currum conscendit, furca firmiter depressa genu meum vulnerat; quo accepto vulnere per 3. septimas claudicavi.

Anno Salvatoris 1584.

7. Septembris primo incepti frequentare Scholam patriam: cum eam regeret Joannes Debrecinus. Anno aetatis meae circiter decimo.

1585.

4. X-bris. Mater mea Szeki Ursula moritur.

1586.

3. Februarii a Wolphgango Sartore praeceptore obductus sum Jaurinum, cum ibi Ecclesiae ministrum ageret Demetrius Sibolti: az ki mivelhogj az Atyámnak komája volt giakorta segidseggel lött.

5. Julii Jaurino discessi cum Nicolao Hawor et ubi post longam peregrinationem Püspökini, in dioecesi Pisoniensi per aliquot menses vixissem, redij in Patriam, 29. Septembris.

1. Novembris ex Patria in inferiorem Ungariae partem iter aggressi sumus decem Studiosi Scholastici. Joan. Nögeri. Gregor. Chatari, Rimaszombati, Petrus Komaromi, Andreas Figuli, Wolfgang. Sartoris, Michael Sutoris Nicolaus Haver et ego: cum Aurigis Viennâ Cassoviam, Bathorium, Debrecinum merces vehentibus.

28. Novemb. perveni Göncinum, cum

ibi Scholam regeret Joannes Peley. Hic vixi per annum et ferme 7. menses.

1588.

13. Martii praeceptorom Wolfgang Sartoris meghal Göntzön. Es en nyárban osztan Debrecenben mentem Stephanus Czaba mestersegeben, egj nehanij honappal az szikszaj vezedelem előtt, az ott valo sokadalombol.

1589.

Szent Mihaly nap előtt Andreas Figulival Debrecemből Salankra mentem szent Máté napban, midőn Szőlösön sokadalom volt, innen egj nehanij het mulva az Szent Gal napi kiralysagral Nagj Banyara mentem, ot vigan laktam egj hetig Emericus Uyfalui mestersegeben. Innen Szakmarra, es az Szent Demeter napi sokadalombol vissza mentem Debrecemben.

1590.

18. Januarij discessi Debrecino, veni Gönczinum, hinc Cassoviam, 19. Februarij.

13. Martij Pap Ferentz paedagogusa löttem.

15. Augusti Pap Ferentztől Cassarol hazamba indultam. Cluj

9. 7-bris haza jutottam, otthon majd két holnapig mulattam, az nagy földinduláskor Bécsbe mentem latni.

1. Novemb. finita vindemia, ex patria in Germaniam iter sum aggressus.

3. Viennam veni. Hinc post unam septimanam et aliquot dies exivi.

20. die Novemb. Iglaviam veni in Moravia sitam. 25. Pragam. 5. Decemb. Dresdam. 6. Mijsniam. 7. Torgam. 8. Witebergam. Hic ante minorem pontem Andream Ungarium ex vultu et habitu Ungarum vere conciciens alloquor ungarice, qui me perhumaniter introduxit, et unâ me ad D. Martinum Thurium coetus Seniore accessit, qui me postea promovit ad N. Thomam Eszth. *)

1591.

17. April. Witebergâ Dresdam iter suscepi, quo perveni 19. April, ibi per totam aestatem Scholam frequentavi.

12. 8-bris post obitum Christianissimi Electoris, in cujus funere pallio donatus eram, Dresdâ redij Witebergam, sub Senioratu Joannis Ungvari.

*) Eszterházi.

1592.

9. Majj ex senioratu Andreae Ungvari, una cum Paulo Szent Mihali et Joanne Weresmarthi, Witebergâ Heidelbergam versus sum iter aggressus. Postea per Deben, Lipsiam, Naumburgum, Erfordiam, Gotham, Isenacum Fachum Fuldam, Francfurtum 21. Majj Heidelbergam veni. Cum ibi essent Matthaëas Uyfaluuj, Joan. Czegledi, Tharazk. Mallendorffi, Beke.

7. die Junij $\frac{8}{4}$ cum Joan. Tharatzk Haidelb. peregrinationem suscepi Vormatiam, Oppenheimium, Moguntiam, Bindul, Mansthurm, Bonnam, 11. Junij Coloniam Agripp. reversi Wetzbad, Vormatia, Frankelthal, Spiram. 28. Junij Argentinam cum ibi esset Banfi, et Detsi et Lotharingicum bellum. 14. Julij redij Heidelbergam.

1593.

1. Majj Haidelbergâ Argentinam iter cepi. 5. die eo perveni. 7. die a Dno D. Philippo Glaesero examinatus, in 2-dam classem sum collocatus, quam tunc moderabatur Josephus Langius.

24 Junij receptus sum in Collegium Wilhelmiticum.

29. Augusti incidi in febrim, quae me affixit fere per 3. 7-manas.

2. Novembris triste somnium habui, duo enim dentes exciderunt mihi ex ore, et cujusdam nebolonis patri meo vim inferre volentis pectus lanceâ perfodi, quasi in Patria existens, et Argentinam cupiens.

1594.

In Collegio Wilhelmitico, pio voto inchoavi hunc annum cum essem 2-dae Classis discipulus; obnixè à Deo contendens ut possem Catechesim Chytraei, Dialecticam, Rhetoricam et caeteras ejus Classis lectiones commode addiscere, quo honestius proximo examine progredi queam.

1. die April promotus fui in primam Classem, quam rexit Joannes Bentzius.

18. Augusti, Somniavi dentem unum in duas diffusum partes, et quasi patrem cum sacrificulo luctantem cernerem, quem postea dejecit in terram.

(Folytatása következik.)

AZ APAFI-BETHLEN NEMZETSÉG ÉS KAPUSI SZÁSZOK KÖZÖTT FENFOR- GOTT BIRTOK FELETTI HAJDANKORI VERSENGÉST ILLETŐ KÉT EREDETI OKLEVÉL.

Közli: Jakab Elek.

I.

Lajos király parancslevele Szeben, Medgyes és Selyk székek szászaihoz, hogy János mestert, Almakereki Gegus fiát Lapus nevű föld felének birtokában háborgattatni ne engedjék.

Lodouicus dei gracia Rex Hungarie, fidelibus suis Judicibus, Juratis Senioribus et Uniuersis Saxonibus Sedium Cibiniensis, de Medies *) et de Selk, Salutem et gratiam, fidelitati vestre firmissime precipiendo mandamus, quatenus fideles nostros familiares, magistrum Johannem, filium Gegus de Almakerek, et Petrum ac Ladislaum filios eiusdem Magistri Johannis, in Dominio medietatis terre Lapus vocate, ad eandem possessionem Almakerek applicate, iuxta nostram specialem commissionem, secundum cursus metarum, quibus ipsa terra, in duas partes est diuisa et una pars eiusdem ad villas nostras Kapus et Walthijd extitit applicata, pacifice et quiete manere permittatis, nullum eisdem magistro Johanni et filijs suis, ac ad ipsos pertinentibus in medietate directa terre Laapus memorate, ut promittitur, ex nostra commissione ad dictam possessionem eorum Almakerek applicata, incuriam uel molestiam aliquam inferre nullatenus audendo. Volumus eciam et firmo regio sub edicto committimus presencium serie mediante, ut metas predictas, quas pro pacifico et quieto statu, tam dictorum magistri Johannis et filiorum suorum, prout populorum nostrorum de dictis villis Kapus et Walthijda, per medium dicte terre erigi et statui mandauimus perpetuales, in statu et cursu, vos et dicti populi nostri, dimittatis inuiolabiliter permanere, quibus eciam populis premissa omnia facere et ad-

*) A régi oklevelek szerint tehát nem „Medvisch,” mint a szász írók akarják.

implere iubemus, omni contradictione procul mota, alioquin presumpmentes quatenus hec, puniri faciemus. Volumus enim, ut factum predicte terre et metarum suarum modo quo supra de nouo erectarum, que ipsam terram in duas partes diuidunt, in nostram presentiam ulterius non deducatur. Datum in Bozouk feria quinta proxima post festum beati Bartholomei apostoli Anno Domini Millesimo CCC-o LX-mo Sexto. *)

II.

A fejevári káptalan kiküldött hiteles embereinek nyomozási jelentése arról, hogy medgyesszéki Kapus község szász lakósi János mesternek, Almakereki Gegus fiának Ujfalva nevű birtokát erőhatalommal megtámadták s ott különféle tövényteleniséget követtek el.

Nobili viro et Honesto Petro viceoij-uode Transsiluano, Amico ipsorum Honorando, Capitulum Ecclesie Transsiluane, Amicicium paratam debito cum Honore, Noueritis nos litteras vestras recepisse in Hec Verba, Discretis viris et Honestis, Honorabili Capitulo Ecclesie Transsiluane, Amicis suis Honorandis, Petrus viceoyuoda Transsiluanus, Amicicium paratam debito cum Honore, Dicit nobis magister Johannes filius Gegus de Almakerek, quod populi seu Saxones de Kapus de Sede Medijes pridem videlicet feria secunda proxima nunc preterita, ipso domi non existente, noctis in silencio ad possessionem suam Hunffalwa **) vocatam, Hostiliter venientes sex curias et duo orrea in eadem Ignis incendio destruxissent, uniuersas res et bona in domibus habitas auferendo, nec non sex boues abstulissent, de quibus dampna innumerabilia passus fuisset, ac etiam quemdam suum Jobbacionem potencialiter abduxissent, Super quo vestram petimus Amicicium presentibus diligenter, quatenus, vestrum mittatis Hominem pro testimonio fidedignum, quo presente, magister Nicolaus filius quondam Symonis Bani de Dorlacz uel Apor, aut Ladislaus filius Emerici de Ernije, seu Jo-

hannes filius Mychael de Almas, Alys absentibus Homo noster, ab omnibus quibus decet et licet palam et occulte utriusque sexus Hominibus sciat et inquirat de premissis omnimodam veritatem, videat etiam combustionem prenotatam, Et posthoc prout exinde vobis veritas constiterit premissorum, nobis in vestris litteris amicabiliter rescribatis. Datum in sancto Empmerico in quindenis festi beati Martini Confessoris Anno Domini M-mo CCC-mo LX-mo sexto etc. Nos etiam petitionibus vestris Annuentes vnacum Apor, filio Emerici de Ernije Homine nostro, nostrum Hominem videlicet Petrum scilicet de Choro nostro ad premissa exequenda duximus transmittendum, qui demum ad nos reuersi nobis concorditer retulerunt, quod ipsi pariter accedendo A nobilibus ignobilibus sacerdotibus clericis et Alys Hominibus communibus, et specialiter vicinis et commetaneis eiusdem ville Wjffalu diligenti Inquisicione prehabita, talem super premissis comperiissent veritatem, quod populi seu Hospites de Kapus de Sede Megijes, Secunda feria proxima, Ante quindenias festi beati Martini Confessoris ad possessionem magistri Johannis filij Gegus Wyfalu vocatam potencialiter veniendo, tria orrea in eadem concremassent, multo dampna in eisdem irrogando, ac et alia multa bona abstulissent, nec non vnum Jobbacionem eiusdem magistri Johannis captum abduxissent, Datum in festo beate Lucie virginis et martiris, Anno prenotato. *)

I. RÁKÓCZY GYÖRGY NEJÉNEK Lorántfy Zsuzsánnának

LEVELEZÉSE.

1646—1648 között.

Közli: Szilágyi Sándor.

II.

1646. Jan. 15.

Susanna Lorantfi dei gratia Transylvaniae principissa, partium regni Hungariae domina et siculorum comitissa etc.

*) Az erd. kir. fiscus levéltárában levő eredetiből.

**) Alább „Wyfalu“-nak írja.

*) Az erdélyi kir. fiscus levéltárában levő eredetiből.

Generose fidelis nobis grate, salutem et gratiam nostram. Klobusiczky András írja onnan feljül, hogy Paldénknak (a patakinak) adott volna ott fenn vásárlásra való pénzt, ha azért megérkezett, kegyelmed jó gondviselés alatt küldje be. Minthogy immár az ilyovai sokadalom nem igen messze vagy, ha bebocsátjuk innen kívül az embert, kegyelmed küldje bé Hunyórt avagy mást, a kit akar, s hozasson háromszázhatvanhárom sing faylandist, id est: 363. Másfélszáz sing legyen veres, s az többi kék, s az jósága is ne legyen mind egyenlő, hanem száz sing alábbvaló, ott pediglen Patakon fog lenni karasia-e vagy fajlandis, a kit kegyelmed hozatott, ha karasia lészen, küldje bé, ha fajlandis pedig, azt hiszem, meglátja kegyelmed, mennyi lészen, s ahhozképest hozasson; karasiát is kell hozatni háromszázhetven singet /. id est: 370, de nem tudjuk, ha az karasia vételéhez juthatnánk-e olcsóbban avagy a koz londishoz, ha az koz londis vételéhez juthatni olcsóbban, hozasson azt bár kétszáz singet, s ha kijönnek véle, küldje be is. Secus non facturus. Cui in reliquo gratiose propense manemus.

Datum ex arce nostra Fogaras, die 15 Januarii Anno 1646.

SUSANNA LORANTFFY m. p.

P. S. Zetenhez volt egy pusztá telek, kegyelmed írja meg, micsodás az, azon kívül ha vagy-e elegendő szántó föld Zetenhez.

Külczim: Generoso Tomae Debreczeny de Király-darocza, universorum bonorum nostrorum cis et ultra Tibiscanorum in Hungaria praefecto etc. fideli nobis sincere grato etc.

Kivül: 20 Januarii estve későn S. Patakon Anno 1646. Konardi czimeres posta 15 Januarii Fogarasban.

300 sing faylandist Ilból hozassak, fele veres, fele kék. Item 370 sing karasiát fekete színes zöldet.

21. Januarii irtam Szulini Pálnak, hozassa meg.

(A névalírás Lorántfi Zsuzsánna saját kezével)

(A dölt betűvel szedett Debreczeni T. kezével)

(Eredetije a m. k. kamarai levéltárban.)

III.

1646. Jan. 21.

Életemig való alázatos szolgálatomat ajánlom nagyságodnak stb.

Kegyelmes asszonyom, két levelét vettem tegnap nagyságodnak, az elsőt egy váradi katonától, kit Hévizen 10 Januarii irtak, másikat estve hétfőn az czimeres postától, kit fogarasban 15 januarii irtott nagyságod, melyben minemő dolgokról parancsol kegyelmesen nagyságod, alázatosan értém. Ilvóban elküldök holnap az posztó venni és meghozatom, az faylengisoknak színeket megíratva nagyságod, 150 sing veres, százötven sing kék legyen, de az karasiáknak nem irták meg, én azért csak fekete zöldet hozatok 370 singet. Egyéb dolgokról, ugy mint major csináltatás és majornék dolgáról ezután írok nagyságodnak, megjárván elsőben az helyet jól, az hol nagyságod parancsolja csináltatni, mert az mint én tudom, ott elégséges helye nem lehet az majornak, nagy hely kellene annak. Ezeknek utána stb. Datum in S. Patak, die 21 Januarii, estve, Anno 1646.

Nagyságod alázatos szolgája, mig él
DEBRECZENI THAMÁS m. p.

Külczim: Illustrissimae Principissae Dominae Dominae Susannae Lorántfi stb.
Fogaras.

Kivül [más kézzel]: 1646. die 29. Januarii. In curia Komanaiensi.

(A levél Debreczeni írása egészen.)
(Eredetije a m. k. kamarai levéltárban.)

IV.

1646. Jan. 28.

Susanna Lorántfy Dei gratia Transylvaniae Principissa, Partium Regni Hungariae Domina et Sicularum Comitissa.

Generose fidelis nobis grate. Salutem et gratiam nostram. Ke gyelmed die 6. mensis praesentis nekünk irt levelét vettük. Az uj keresztényeknek hogy az kétszáz köböl buzát megadatja, azt jól cselekeszi; ha Munkácson adják meg, ott olcsóbban adják, mint ha Patakon adnák. Az varannai és helmecezi

jószág felől írja Klobusiczky, hogy beszélte oda fel Eszterház László urammal s arra ígérte magát, hogy ha eladó szándékok leszen felőle, nem adják másnak, hanem inkább azzal is nekünk kedveskednek, nem is más jószágért pedig, hanem pénzért; ha pedig immár szolgát is bocsátottak alá, kinek az jószágnak mind gondviselését s mind eladását plenipotentiával arra bizták, annál inkább végére mehet kegyelmed bizonyosan minden dolognak. Az pocsjai orvosasszony felől mit írjon kegyelmed, értjük s az feleleteket is látjuk; de mi abban nem akartuk, hogy az director inquiráltasson reá; mint-hogy az a jószág, az hun lakik, kegyelmed gondviselése alatt vagyon; ha ugyan ugy tetszik kegyelmednek, hogy az director inquiráltasson reá, mi ő neki is parancsolunk felőle, ugy reméljük mindazáltal, hogy ennek előtte is inquiráltattott. Az pocsjai udvarbirónak az három esztendei számadásában mennyi restantia maradt, és hogy még az elmúlt 1645. esztendőre valót be sem adta; mi megirtuk az minapiban neki, hogy ugy viselje magát, jövődőben is se magának, se maradékinak nyomoruságot ne szerezzen; mert csak egy jó számtartót találhatnánk is oda, külső gondviselőnek jó lenne Dávid Sándor; mivel ide be is igen szűk a jó gondviselő szolgál; módot kell ugyan mindazonáltal keresni az dologban; az restantia adminisztrálása felől eddig mi egyébüvé nem parancsolunk, hanem oda kegyelmed kezéhez. Az Verőczy uram ujhelyi dolga felől az kegyelmed informatiójának elégséges hitele volt; immár ő kegyelme disponált is a felől. Ott létünkől fogván az pestis miatt mennyi számu emberek holtanak onnat el, értjük. Isten ő felsége jobban is könyörüljön rajtunk s szüntesse meg egyéb helyeken is azt a súlyos csapását. Cui in reliquo stb. Datum ex Possessione nostra Feketehalom; die 28. Januarii Anno Domini 1646.

SUSANNA LORANTFI m. p.

P. S. Az minemü forma kék attlaczot kegyelmed küldött, annál világosabb kell; talám beküldhet kegyelmed Lengyclországban s hozathat onnan; az veres karmasin

szinü nina attlaczot is hozassa meg kegyelmed s az fényes aranyat is.

Kivül Debreczeni kezével: 29. Januarii in S. Patak. A. 1646. Váradí katoná. 18. Januarii Feketehalomban.

Pocsjai orvosasszony felől mit irtam, érti és az feleleteket látta. NB. de nem felelet, hanem

2. Februarii A. 1646. irtam erre választ Klobusiczki uram által.

Külczim: Generoso Thomae Debreczeni de Király-Darócza stb. Fideli nobis syncere grato.

(Eredetije a magy. kir. kamarai levéltárban.)

V.

1646. mart. 3

Illustrissima ac celsissima principissa, domina domina mihi clementissima, fidelium et humillimorum servitiorum meorum in gratiam illustrissimae celsitudinis vestrae perpetuam semper oblationem.

Kegyelmes asszonyom, ide Váradra érkezvén, director uramnak ő kegyelmének megjelentetem az nagyságod kegyelmes parancsolatját az szolgabíró dolga felől; ugy vagyon, ezelőtt is beszélt vele, de tegnap derekasban. Menti magát elégtelenségivel s jószágnak nem ismerésivel, de ha ugyan egyéb nem lehet benne, előtte viselvén az nagyságod méltóságos s kegyelmes parancsolatját, reá veszi magát s felviszi az pocsjai tisztet, csakhogy igen kicsinyli az fizetést mostani becsületes állapotjához képest, holott szolgabírósa után alkalmas jövedelmeckéje vagyon, s Dávid Sándortól is tart, hogy az által gyakorta ne menjenek nagyságod eleiben ellene való vádlások. Mind a kettőt fejedelem asszony méltósága s kegyelmessége szerint megorvosolhatja nagyságod, tisztességes fizetést rendelvén nekie, amannak is vádlásit be nem vévén addig, az mig ezt is meg nem hallgatja nagyságod. Mindazonáltal mostani kötelességitől mig meg nem válik, addig be nem állhat az tisztben. Most tölt ki esztendeje az fejevári gyűlés után az vármegyének is gyűlése levén, akkor bucsuzik el tisztitől s beáll az udvarbírósa. Mindezekről

bővebben fogja informálni nagyságodat director uram, ő kegyelme is holnapután meg fog indulni. Éltesse az ur isten sok esztendeig nagyságodat jó egészségben és szerencsés birodalomban.

In Várad 3. Mártii Anno 1646.

Illustrissimae celsitudinis vestrae fidelis et humillimus servus

A. KLOBUSOCZKI m. p.

Külczim: Illustrissimae ac celsissimae principissae dominae dominae Susannae Lorántfi, dei gratia principissae Transylvaniae, partium regni Hungariae dominae et sicularum comitissae etc. dominae dominae mihi clementissimae.

(Az egész levél Klobusoczki saját írása.)
(Eredetije a magy. kir. kamarai levéltárban.)

VI.

1646. Apr. 3.

Illustrissima ac celsissima principissa domina domina mihi clementissima; fidelium et humillimorum servitorum meorum in gratiam illustrissimae celsitudinis vestrae perpetuam semper oblationem.

Kegyelmes uram, 26. Martii irt levelit nagyságodnak tegnap reggel adá meg az czimeres posta, melyet alázatos engedelmes-séggel vevén, micsoda dolgokról parancsoljon kegyelmesen nagyságod, megértettem.

Ecclesiánk állapotja bizony bizony szá-nakozásra és siránkozásra méltó, röttenetes nagy mezejek vagon az ellenkezőknek az rágalmazásra, sokat töttek hozzá immár, lelkiem ismereti szerint szólok avagy irok inkább kegyelmes asszonyom, hogy ha atya-fiu szeretet lött volna az emberekben, szépen és könnyen lecsendesithették volna ezen dolgot; nem látok bizony semmi ellenkezőt, hogy tanított volna Tolnai János Calvinus János vallásával, az kik felperesi voltak, azok birái is. Igy kegyelmes asszonyom, sokakat mi közülök is kivethetnének az ecclesiából. Immár most élete felől akarnak inquirálni, ugy értem, méltó dolog-é azt ehhez varrani vagy nem? nagyságod bölcsen meg-ítélheti. Mikor ő kegyelmek felől is inqui-

rálnának, kiki ifjúságában mint viselte magát, sokat tanálnánk kivetöt ő kegyelmekben is, szígyen csak előhozni is, miben keverik nyavalyást s nem néznek arra, hogy azzal val-lásunk gyalázódik; hatalmas nagy dolgokat hallgatnak el ez ellenkező felek. Valamely praedicatornak ifjúságában tött cselekedeti bizony meg nem hamisítja vallásunkat. Az istenért kegyelmes asszonyom, szálljon le ez nagy villongás, legyen ezen nagyságtok, mert mi ott fenn nem tanálunk méltó okot ez emberek előtt ecclesiánk mentségire.

Fekete János uramnak meg köll elé-gedni az nagyságtok kegyelmességével. Az kétezer arany felől az mennyi tallér leszen vagy arany az örmény és barom árában, ha Patakra mehetek, bizonyos emberem tanál-kozáván, beköldem nagyságodnak kegyelmes asszonyom.

Amaz jószágnak vásárlásárúl avagy in-kább csak meglátásárúl örömet irnik oda fel, csak volna oly bizonyos emberem; sokkal alkalmasobnak tartanám, ha magam felme-hetnék s megnézhetném magam, mindazon-által csak legyen emberem, irok oda fel egy jó barátomnak felöle, de igen mesterségesen. Éltesse és tarisa az ur isten sok esztendeig szerencsés jó egészségben nagyságodat.

In Tokaj 3. Aprilis, anno 1646.

Illustrissimae celsitudinis vestrae fidelis et humillimus servus

A. KLOBUSOCZKI m. p.

Kivül: 1646, 3. Aprilis, G. Andreas Klobucziczki, de negotio. Joannes Tolnai.

Külczim: Illustrissimae ac celsissimae principissae dominae dominae Susannae Lorántfi, dei gratia principi (sic) Transylvaniae, partium regni Hungariae dominae et Sicularum comitissae etc. dominae dominae mihi clementissimae.

(Az egész levél Klobusoczki saját írása, csak a dölt betűvel szedettiek idegen kézzel.)
(Eredetije a m. k. kamarai levéltárban.)

VII.

1646. Jun. 12.

Nagyságos nékem kegyelmes asszonyom.

Alázatos isteni imádságimat és szolgál-

latomot ajánlom nagyságodnak, kívánván istentől minden testi, lelki jókat megadatni.

Kegyelmes asszonyom, csak szintén ma értettem bizonyosan, hogy isten nagyságodat ide ki való szép örökiben és kedves lakó helyében jó egészségben meghozta. Kívánom istentől ő szent fölségétől, hogy mostani jó egészségben megtartván, ezután is gyakorta látogathassa s örvendezhessen szép hazájának s nemzetségének. Előttem viselvén az nagyságod hozzám megmutatott kegyelmességét, magam örömesben mennék szolgálatjára és köszöntésére, hogysem leveletem küldéném, de egészségemnek sok rendbeli bontakozása hogy nem engedi, alázatosan kérem nagyságodat, kegyelmesen megbocsássa, a mivel a jó isten szeretett, azt hálaadással kell vennem, tünnem és szenvednem. Várom az urunk ő nagysága parancsolatját is minden órában, mivel parancsolta vala, hogy két papomot küldjem Zakmárra, melyek még most is oda vannak. Ajánlom az nagyságtok fejedelmi kegyelmességében magamot, kívánván istentől minden jót megadatni és szerencsés előmenetelt minden dolgokban.

Lelesz, die 12 Junii Anno 1646.

Nagyságodnak alázatos kisebbik káplánja

SIMÁNDI ISTVÁN m. p.

Külczim: Illustrissimae ac celsissimae principissae dominae dominae Susannae Lorántffy etc. dominae dominae clementissimae.

(Az egész levél Simándi I. írása.)

(Eredetije a m. k. kam. levéltárban.)

VIII.

1646. Jul. 5.

Susanna Lorántffy dei gratia principissa Transilvaniae, partium regni Hungariae domina et siculorum comitissa etc.

Generose fidelis nobis grate salutem et gratiam nostram. Az kegyelmed e jelen való hónapnak 2-dik napján nekünk irt levelét vöt-

tük, értjük kegyelmednek mennyi sok baja és költsége legyen azokkal az lovakkal, az kiket oda küldöttünk; de talám hasznokat is vehetni annyit, az mennyi költség reájok mégyen. Pocsajban igen kívántatnék az kegyelmed látogatása, ha érkeznék, noha ott Patakon kiváltképen szükséges, mindazonáltal, az mint kegyelmednek tetszik, ugy cselekedjék. Az kegyelmed levelét mi uramnak ő kegyelmének megmutattuk, ő kegyelme jóvalja, hogy az csürös kert ott Kis-Patakon legyen közöl az majorházhoz; ugy is kelle-ne intézni, hogy az majorház ne esnék igen távol az Bodroktól, hogy akár csak az ludok járhassanak az vizre, az több majorságoknak hiszem áshatni kutat az majorháznál; ha gyümölcsös kert lehetne közöl mellette, azt igen akarnók.

Az közlondist, az kit hoztanak, az jó afféleben, de faylandist Jaraszlárúl kell hozatni, nám az jaraszlai sokadalom is nem messze, s ott talám jutalmasban vehetni.

György deáknak megparancsoltuk, hogy az mely kőmivesek ott nem kellenek Patakon, küldje, kegyelmed, az huva szükséges, oda fordítsa. Cui in reliquo gratiose propense manemus. Datum in arce nostra Szatmár die 5. Julii, Anno 1646.

SUSANNA LORANTFY MSUA.

P. S. Az kék szekérért is im elküldetünk, azért kegyelmed adja oda.

Kivül: 9 Julii Anno 1646. Klobusoczkí uram hozta.

Külczim: Generoso Thomae Debreczeni de Király-Darócza, universorum bonorum nostrorum cis et ultra Tibiscanorum in Hungaria praefecto etc. fideli nobis grato.

(A névalírás Lorántfy Zs. saját kezével.)

(A dölt betűvel szedett sorok idegen kézzel.)

(Eredetije a m. k. kamarai levéltárban.)